



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

67. An Episcopus, si conferat beneficium familiari in suæ Diœcesi, possit illum ordinare, non expectato triennio? Ex p. 8. tr. 2. res. 37. ibid.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

de irregul. cap. 17. num. 3. & lib. 10. de ordine, cap. 12. num. 1. in comment. lib. D.

RESOL. LXV.

An Episcopus possit ordinare famulum sui familiaris triennalis? Et supponitur istum famulum inseruisse familiari Episcopi per triennium? Ex part. 8. tr. 2. Ref. 34.

Sup. hoc in Ref. seq. a. in. 6. & infra in Refol. 175. vlt. cur. final me. dium.

§. 1. Affirmatiue olim respondi cum Sanchez, & postea inuenio hanc sententiam tribus viris doctis placuisse, & ideo illam, me citato, tenent Marchinus de Sac. pract. 1. p. 5. c. 9. n. 8. Barbosa de potestate Episcopi. 2. alleg. 5. n. 7. & Auerla de sacram. Ordinis, 9. 3. scilicet 6. Igitur sub verbis Concilij intelliguntur quoque famuli, & familiares eorundem familiarium, qui inseruiunt Episcopo, eiusque impensis alantur. Et hanc sententiam tenet etiam nouissime Elcobar in Theol. mor. tr. 7. exam. 8. c. 4. n. 71. suppono istum famulum inseruisse familiari Episcopi per triennium; nam non debet habere maius priuilegium, quam familiaris ipse, cui deseruit.

RESOL. LXVI.

An famulus familiaris Episcopi, qui tamen eius expensis alitur, possit ab illo ordinari, & gaudeat priuilegio Concilij Tridentini sess. 23. cap. 9. de reformatione? Et cursum deducitur familiares familiarium Cardinalium frui priuilegio familiarium Cardinalis? Et notatur, quod si Episcopus conferat beneficium in ea Diocesi, potest statim suum familiarem ordinare, non expectato triennio, sicut si daret beneficium cuique extraneo, possit illum statim ordinare, quod etiam procedit in famulo familiaris Episcopi? Ex part. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 145.

Sup. hoc in Ref. seq. a. in. 6. & infra in Refol. 175. vlt. cur. final me. dium.

§. 1. Hic casus est curiosus, & practicabilis, quem tamen apud paucos auctores inuenies, pro quo suppone ex dicto Concilio Trident. posse Episcopum ordinare familiarem suum non subditum, si per triennium secum fuerit commoratus, beneficium quacunque fraude cessante illi conferat; hoc supposito ad questionem propositam affirmatiue respondet Sanchez in opusculo tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 20. num. 24. vbi sic ait. Familiares, vel famuli familiarium Episcopi, qui expensis Episcopi alantur, dicuntur familiares Episcopi, & fruuntur priuilegio dicti cap. 9. Tridenti. pro hac sententia est Mandosius reg. 3. Cancell. quest. 16. vbi dicit, familiares familiarium Cardinalium frui priuilegio familiarium Cardinalis, & adducit etiam Salicetum, Oldradum, & Henriquez.

Sup. hoc in Ref. seq. a. in. 6. & infra in Refol. 175. vlt. cur. final me. dium.

2. Notandum est etiam hic obiter contra Petrum de Ledesma in summa to. 2. de sacrament. Ordinis. c. 5. post. 9. conclus. quod si Episcopus conferat beneficium in ea diocesi, potest statim suum ordinare familiarem, non expectato triennio, quia tunc non ordinat prae-textu familiaritatis, sed quia ratione beneficii sortitur domicilium in ea diocesi, sicut si daret beneficium cuiusque extraneo, possit illum statim ordinare, quia acquirit ibi domicilium, iuxta cap. 3. de temp. ordin. in 6. Ita Sanchez vbi supra num. 25. consultus cum Henriquez, quorum doctrinam ego assero etiam procedere, vt patet in famulo familiaris Episcopi.

Sup. hoc supra in Ref. seq. a. in. 6. & infra in Refol. 175. vlt. cur. final me. dium.

RESOL. LXVII.

An Episcopus, si conferat beneficium familiari in sua Diocesi, possit illud ordinare, non expectato triennio? Ex part. 8. tr. 2. Ref. 37.

Sup. hoc in Ref. preterita §. vlt. in principio in 175. vlt. cur. final me. dium.

§. 1. Negatiue respondet Ledesma in sum. tom. 1. de sac. Ordinis. c. 5. post. 9. conclus. sed nominatim contra illum, contrariam sententiam tenet Auerla de sac. Ordinis. quest. 3. scilicet 6. siquidem absque omni titulo familiaritatis potest Episcopus ordinare quemcumque habentem beneficium in sua Diocesi ex hac sola subiectione beneficii, vt dictum est. Et ita etiam hanc sententiam, contra Ledesma, tenet Sanchez in opusculo tom. 2. lib. 7. c. 1. dub. 20. n. 25. vbi sic ait. Secundò nota circa eundem casum, quòd si Episcopus conferat beneficium in ea Diocesi, potest statim ipsum ordinare familiarem, non expectato triennio. Ratio, quia tunc non ordinat prae-textu familiaritatis, sed quia ratione beneficii sortitur domicilium in ea Diocesi. Sicut si daret beneficium cuiusque extraneo, possit illum statim ordinare: quia acquirit ibi domicilium iuxta c. 3. de temp. ordin. in 6. sic Doctor Henriquez à me consultus. Ita Sanchez.

Sup. hoc in Ref. preterita §. vlt. ad medium, & in aliis eius vlt. not.

3. Sed hic se offert curiosa dubitatio; quia Concilium, vt visum est determinat, posse Episcopum ordinare suum familiarem triennalem, modò ei conferat beneficium; si Episcopus conferat beneficium alicui, constat, quòd ratione illius beneficii sic ei subditus, & sic intuitu illius potest eum ordinare, vt patet superius in verb. dimissorie, §. 1. ergo nihil prodest ei familiaritas triennalis cum absque ea possit eum ordinare ratione beneficii sibi collati?

3. Respondetur primò, quòd quando Episcopus veller ordinare suum familiarem triennalem ablutè, & simpliciter, id est, quia non habet animum residendi in posterum in loco Episcopi domini sui; tunc Episcopus non potest eum ordinare ratione solius familiaritatis triennalis; sed tenetur ei conferre beneficium propter adimpletionem sacri Concilij. Trid. sess. 21. cap. 22. de reformatione, & Bullam Pij V. in accepto Ordine sine titulo, postea cogatur cum decore Ordinis mendicare, ad euitandas pœnas cap. Episcopi, cap. tuis, de præb.

4. Respondetur secundo, si verò Episcopus conferret alicui suo familiari beneficium aliquod, vel Curatum, vel Canoniatum, vel simplex sufficiens ad victum, excedens fortassis summam ducatorum quadraginta, vel quinquaginta cerò, & permanferit cum eo spatio vnus mensis, & habet animum illic residendi in futurum, potest eum ordinare ratione beneficii collati, quia si hoc licet vnicuique, etiam suo familiari, qui saltem ei seruiuit per mensem, pro vt supra verb. dimissorie, §. quinto, & tunc non est opus familiaritate triennali, Nauarr. consil. 2. de temp. ord. & consil. 26. & quòd hoc verum sit, perpende verba sacri Concilij, vt bene notat Nauarr. consil. 11. loco citato, num. 2. quòd Episcopus non potest nec primam tonsuram conferre suo familiari triennali, nisi priùs conferat ei beneficium; sed clarum est, tam per sacrum Concilium, quam per Bullam Pij V. quòd beneficium non est necessarium Clerico, nisi quando vult ascendere ad sacrum Ordinem.

5. Respondetur tercio, si conferat ei aliquod beneficium simplex parui momenti, etiam viginti quinque ducatorum, vel beneficium temporarium, vt puta seruitia quorundam Ecclesiarum, vel qualdam Missas celebrandas, non excedentes prædictam summam; tunc non potest eum ordinare ratione illius beneficii, tam quia debet sufficiens, pro vt dictum est in verb. dimissorie.

*foris*, de patrimonio; tum quia Rebuff. in *tit. de Cleric. & qui. & à quo creent. n. 21.* quia beneficium temporarium parvi momenti, non parit domicilium, vt idem ait loco citato, & idem in *declar. nou. pron. n. 21. de prestim.* Et hæc omnia docet Zerola in *praxi p. 2. verb. Ordo, q. 5.* Sed non omnia mihi placent; licet videatur approbare Cenedo in *qq. Can. q. 18. num. 31.*

## RESOL. LXVIII.

*An Episcopus debeat statim conferre beneficium suo triennali familiari, vt possit illud ordinare? Et quid intelligitur per verbum statim, an intelligatur, cum primum vacauerit?* Ex part. 8. tr. 2. Resol. 33.

§. 1. **A**D hoc dubium sic responder Marchinus *de sacram. Ordin. tract. 1. part. 5. cap. 9. num. 5. & seqq.* Tertio, intelligi debet hæc facultas cum onere conferendi statim ordinato congruo beneficium. Sed quid intelligatur per verbum *statim*, non leuis est dissensio: siquidem Gabriel Vasquez *3. part. tom. 3. disp. 243. num. 49* verbum *statim*, interpretatur, quamprimum; id est, quamprimum beneficium aliquod vacauerit, teneri Episcopum illud illi conferre; & interim commentalem habere, ne mendicare cogatur. Sed hæc expositio est nimis ampla, & voluntaria: nam sacra Congregatio declarauit, fuisse contra hanc Tridentinam formam, quandam beneficij collationem triennali familiari factam intra annum, etiam in mense vndecimo à die ordinationis: sic testantur Flaminus Parisius *de resignat. beneficiorum, lib. 4. quest. 2. num. 92.* Nicolaus Garcia *de beneficiis, part. 2. cap. 5. num. 85.* Similiter aliam factam post sex menses, fuisse contra eandem formam Tridentinam, fuit resolutum in Curia Archiepiscopali Neapolitana, teste Riccio *decis. 308.* Molfesio in *summa. tract. 2. cap. 2. num. 9.* & idem fuisse resolutum à sacra Congregatione, referunt Zerola in *praxi Episcopali, part. 1. §. Dimissoria, & part. 2. verb. Ordo, vers. quomodo dubitatur.* Flaminus *vbi supra* Rota Romana *diners. part. 1. decis. 731.* eadem Rota *decis. 222.* Recentiores apud Fatinae, qui testantur eiusmodi Episcopum incidisse in penas ordinantis non suos. Quare verbum *statim*, non excedere decem dies, tradunt Alexander, Romanus, Cachernus, Riccius, quos refert, & sequitur Molfesius *vbi supra.* Hucusque Marchinus.

2. Non deseram tamen adnotare sententiam sapientissimi Vasquez, negatiuam docere etiam post illum Gaspar. Hurtadam *de sacram. Ordin. diff. 17.* vbi sic ait: Conceditur tamen in Tridentino *sess. 23. cap. 9.* Episcopo, vt possit ordinare familiarem suum, quamuis non subditum, qui cum ipso fuerit per triennium commoratus, cum onere concedendi illi beneficium quamprimum vacet, quod intelligitur, quamuis nullum habeat patrimonium, & quamuis nullius Ecclesie vergeat necessitas Clericorum.

3. Et Ioannes Præpositus in *3. part. de sacrament. Ordin. quest. unica, dub. 14. num. 142.* aduertit id quod dicitur in Concilio Tridentino *de beneficio statim conferendo*, intelligi, cum primum vacauerit. Et hanc sententiam tenet etiam Tannerus *tom. 4. disp. 7. quest. 3. dub. 2. num. 38.* sic asserens: Potest Episcopus ordinarius, non autem titularis, suum per triennium commentalem, aut famulum, quamuis non subditum, initiare tonsura, vel etiam sacris, si quam primum ei vacans beneficium parat conferre.

4. Sed ego puto non esse recedendum ab affirmatiua sententia, quam nominatim contra Vasquez

tenet etiam Auera *de sac. Ordin. q. 3. sect. 6. maxime* stâte declaratione Cardinalium emanata die 22. Maij 1586. vt refert Parisius, & Garcia *vbi supra.*

## RESOL. LXIX.

*An Episcopus possit suo familiari triennali dimissoria concedere?* Ex part. 8. tr. 2. Resol. 36.

§. 1. **R**espondeo affirmatiuè cum Præposito in *3. part. de sacramento Ordin. quest. unica, dub. 14. num. 142.* Alzedo in *praxi Episcop. part. 2. cap. 9. numer. 39.* Morchino *de sacramento Ordin. tract. 1. part. 5. cap. 9. num. 10.* & aliis asserentibus facultatem ordinandi familiarem triennalem, collato statim beneficio extendit etiam ad concessionem dimissorium, quibus ab alieno Episcopo possit Ordinari accipere.

## RESOL. LXX.

*An Episcopus possit dispensare in interstitiis, quando ordinat familiarem suum?* Ex part. 3. tr. 3. Resol. 89. alias 190.

§. 1. **N**egatiuam sententiam tenent Villabona in *Summa tom. 1. tract. 11. difficul. 9. num. 10.* Ledesma in *sum. tom. 1. de sacram. Ordin. cap. 5. clu. 5.* qui citat Nauarum *lib. 1. conf. 13. de temp. adm. tit. 1.* quia id, quod concedit in tali casu Concilium Tridentinum Episcopis, est priuilegium. Ergo non est intelligendum de illis rebus, de quibus non loquitur.

2. Sed ego contrariam sententiam teno cum Io. de la Cruz in *direct. conf. part. 2. de sacram. Ordin. dub. 41. concl. 2.* vbi sic ait. Episcopus potest ordinare familiarem suum alienæ diocesis, si per triennium sit commoratus, & ei det beneficium; ita in Concilio Tridentino *sess. 23. cap. 9.* Imò, & cum isto potest in interstitiis dispensare in casibus dicti Concilij *cap. 11. & 13.* Ita Congregatio Cardinalium. Hæc supra dictus Doctor. Et hanc opinionem probabilem patet esse etiam ipsemet Ledesma *vbi supra*, sic asserens. [En lo que toca à los interstitios, no me parece muy improbable, que el Obispo à quien firme se pueda dispensar.] Vnde Episcopo possunt toto opinionem affirmatiuam in proxim deducere. Et ratio est, quia eo ipso quod Concilium dat Episcopis potestatem concurrentibus illis conditionibus familiares suos ordinandi, & consequenter concedit illis necessaria ad talem ordinationem faciendam, vt est dispensatio in interstitiis.

## RESOL. LXXI.

*An Episcopus possit cum suo familiari triennali dispensare in interstitiis? Et quid etiam super illegimitate ad minores Ordines?* Ex part. 8. tr. 2. Resol. 35.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Zambellus in *Report. mor. verb. ordo, num. 16.* & Molfesius in *summa tom. 1. tract. 2. cap. 2. num. 9.* vbi adducit declarationem sacre Congregationis Concilij sub die 16. Maij. 1594. & de dicta declaratione tenetur etiam Io. de la Cruz, quem ego adduxi in *part. 3. tract. 4. res. sol. 190.* adherere huic sententia.

2. Sed postea inveni aliam declarationem Sacre Congregationis contrariam; vnde huic posteriori standum.